

loci solemnii voto ritumque abbatis Wicramni permissu in clusam sese detrusus^e tanquam lucis usura solisque intuitu indignus, ubi in angustiis et tenebris cum maerore et luctu vitam incredibili corporis maceratione per plures annos sanctissime exegit.

- a) Von hier an beginnen die durch Kursivdruck gekennzeichneten Übereinstimmungen mit VaF und Stöcklin. b) Von „visionibusque“ bis „detrusus“ wie Ms. F. 1. c) Folgt: „**officinam** et“, Ms. F. 1. d) Folgt „iste Fintanus“ Ms. F. 1. e) „**detrusit**“ Ms. F. 1, das hier endet.

VaF

Apud Fabarienses celebris solennisque memoria est S. **Fintani** confessoris, quem *in Hibernia natus* asserunt **anno** a Servatoris natali **DCCXXXIX** Laginiensis provinciae principem. *Hic ex heroum ossibus ac sanguine **longa gloriosa**que **propagine** descendens, ex alma Romana Urbe in Curiensem Rhetiam, transcensis alpibus devenit, Fabariae aliquandiu hospitatus inibi de perfectioris vitae instituto continue amplectendo sanctissime cogitans caelestibus ostentis visionibusque illustratur ac divinitus edocetur consummandae monastices Rheni insulam **officinam** ac palestram sibi fore^a. Monachum se devovit postea in Benedictino Rhenoviensi asceterio anno a Partu Virginis **DCCC**, aetatis porro suae **LI^b** ibidem loci, solenni voto ritumque abbatis Wieramni permissu in clusam sese **detrusit** tanquam lucis usura solisque intuitu indignum, ubi in angustiis ac tenebris cum maerore et luctu vitam incredibili corporis maceratione per plures annos sanctissime exegit.*

- a) Ende des Textes bei D. Müller b) Vgl. die alte Vita Findani: „anno dominicae incarnationis 800, aetatis vero suae 51“; MGH SS 15, 1, S. 504 Z. 48.

Stöcklin

In (hac percelebri^a) *Hibernia* insula ad annum salutis **749** Findanus alto a principum sanguine, ex heroum ossibus, **longa et gloriosa propagine** (clarus, ceu novum sidus exoritur.) ... Fintanus **Roma** in Curiensem Rhaetiam transcensis Alpibus deveniens, (in nostro hoc monasterio) Fabariensi aliquandiu hospes (agitavit atque) inibi de perfectioris vitae instituto continue amplectendo (deliberans) caelestibus ostentis et visionibus (crebro^b) illustratur. (Inter cetera tridui propemodum itinere distantem) **Rhenoviam**, (ubi^c Rhenus multiplici flexu et vario errore insulas peninsulasve circumfluit, in spiritu exercitationis suae **officinam et consummandae monastices palaestram** divinitus praecognoscit, idque Rhenaugiae monachis deinceps pene coactus tandem vel sero aperuit.) ...